NÚM. 40. *Jueves 6 de Octubre de 1898* AÑO XLVI



BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

S. E. Ilma. el Obispo, mi Señor, ha tenido á bien nombrar Arcipreste de Rueda de Abajo á D. Luis Antonio Moreno, Cura Párroco de Quintana del Monte, y T. Arcipreste á D. Gabriel Barrientos, Párroco de Cifuentes de Rueda.

León, 3 de Octubre de 1898.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz, Canónigo Secretario.

Circa reformandam competentiam S. Cong. Indulgentiarum: Novus syllabus facultatum concessarum

LEO PP. XIII

MOTV PROPRIO

Christianae reipublicae tam late fusa tamque operosa administratio omnino postulabat, ut Pontifici romano viri sapientes et graves perpetuo assiderent, quibuscum et consilia communicare et quotidianam negotiorum molem partiri opportune posset. Hinc ea sunt S. R. E. Cardinalium Consilia sapientíssime constituta, quae *Romanae Congregationes* nuncupantur; quorum est quibusdam in causis jus dicere, de jure respondere, aliaque complura decernere, transigere, quae transigi decernique eorum auctoritate lex et consuetudo jubet. Iis tamen, quod ratio, quod naturalis rerum ordo requirebat, non promiscua universis, sed sua singu-

lis potestas data suumque negotiorum ad expediendum unicuique assignatum genus. Quod sane nisi decesessorum Nostrorum providentiae cavisset, magna erat permixtio juris et confusio futura, simulque spes utilitatum maximarum, quas nomini christiano Congregationes Romanae pepererunt quotidieque pariunt, vel ab initio intercidisset. Jamvero offici Nostri est tueri in eis constitutionem temperationemque nativam, efficiendo ut singularum potestas suis contineatur finibus, ac si quid forte minus consentaneum invexerit diuturnitas emendare. His de rebus et causis cum animun adjecissemus ad sacrum Consilium, cujus muneris est de Indulgentiis Sanctorumque Reliquiis cognoscere ac statuere, aliquod ei officium providentiae Nostrae impertiri vidimus oportere.

Illud videlicet Clemens IX decessor Noster instituit *Motu proprio* die VI Julii an. MDCLXIX edito diligenterque ejus quae forent partes praescripsit his verbis..... «cum facultate omnem difficultatem, ac dubietatem in Sanctorum reliquiis, aut Indulgentiis emergentem, quae ad fidei dogma non pertineat, Nobis tamen et Romano Pontifice pro tempore existente circa graviora difficilioraque consultis, expendiendi. Ac si qui abusus in eis irrepserint, illos, judicii forma plane postposita, corrigendi et emendandi. Falsas quoque, apocryphas indiscretasque Indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi et examinandi, ac ubi Nobis seu Romano Pontifici pro tempore existenti retulerit, Nostra seu illius auctoritate rejiciendi..... Reliquias de novo inventas recognoscendi quoque et examinandi.... omniaque pie, sancte, et incorrupte fieri curandi.» Verum ad haec posteriorum concessu Pontificum alia accesit facultas, nimirum ipsa sacrae indulgentiae munera dilargiendi, adjecta rescriptis clausula, *praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione.*

Sed cum hujus generis rescriptorum frequentia crevisset praeter modum, iisdemque de rebus rescribere eodem tempore consuesset Curia a diplomatibus pontificiis, abnormis quaedam ac praepostera agendarum rerum consecuta ratio est. Huic incommodo ocurrendum tempestive censuit Pius IX f. r. decessor Noster, datoque in id decreto (1) Congregationem Indul-

(1) *Motu proprio* die 11 Januarii an. MDCCCLV.

gentiis sacrisque Reliquiis cognoscendis praepositam extra fines Constitutionis Clementinae excurrere prohibuit, indulgentiarum tribuendarum adempta facultate. «Nos praesenti *Motu proprio*, et ex certa scientia ac matura deliberatione decernimus, ut Congregatio eadem pergat quidem retinere quaestiones et disceptationes quae super Indulgentiis aut reliquiis forte oboriantur, et peragere etiam atque expedire alia omnia quae suae dumtaxat institutionis munus respiciunt ad tramites *Motus proprii*, quem hac de re praelaudatus Antecessor Noster Clemens IX dedit sub die VI Julii MDCLXIX; abstineat tamen omnino ab emittendis actis illis quae ad Indulgentiarum pertinent concessionem.» Verumtamen hujus vis decreti sensim excidit, restituta scilicet ea ipsa, quae fuerat adempta, facultate: ita plane ut non minore quam antea numero rescripta edi soleant cum ea clausula, quam supra diximus. Quae re quoniam perturbationem ordinis debiti ac vetera incommoda plane renovari, multorum testimonio Nobis constiterat, dilectis quibusdam S. R. E. Cardenalibus mandavimus, ut causam mature perpenderent, et quo remedio opus esse videretur, aperte significaret. Igitur cognita eorum sententia ut sua cuique munia serventur integra, *Motu proprio* et certa scientia decernimus:

I. Ut Congregationi Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae ea salva jura permaneant, quae Clemens auctor instituit: praeteraeque eidem confirmamus, et, quatenus opus sit, de integro concedimus facultates omnes quae in syllabo, his litteris adnexo, numerantur.

II. Volumus et statuimus, ceteras concessiones iterationesque indulgentiarum, privilegia altarium, facultates benedicendi et alia ejusmodi ad Nostram Secretariam Brevium exclusive pertinere.

III. Simili ratione decernimus ut quae facultates Congregationi, de quae agimus, collatae sunt, eae, ita sint ejus propriae, ut nulli praeteria vel Congregationi vel Secretariea posint esse communes.

Datum Romae apud S. Petrum, die 31 Octobris anno 1897, Pontificatus Nostri Vigesimo.

LEO PP. XIII.

SYLLABUS

Facultatum quas SSmus. Dominus Noster Leo PP. XIII Sacrae Congregationi Indulgentiis et SS. Reliquiis praepositae confirmat et, quatenus opus sit, de integro concedit justa N. I. Sui Motus proprii sub die XXI Octobris anni MDCCCXCVII incip. Christianae reipublicae.

1. Facultatem interpretandi Rescripta de Indulgentiis sacrisque Reliquiis edita, etiam propria manu a Summo Pontifice signata.

2. Dirimendi quaestiones et dubia minoris momenti, quae ita facile dilui possunt ut necesse non sit de eis in Eminentissimorum Patrum Congregatione disceptare.

3. Approbandi Summaria Indulgentiarum.

4. Sanandi defectus cujuslibet generis qui irrepserint in erectione Confraternitatum, piarum Unionum, etc. vel etiam in earum aggregatione ad Archiconfraternitates Primarias, Primo-Primarias, etc.

5. Sanandi defectus quoscumque quibus affici contingat adscriptiones Christifidelium ad Tertios Ordines, ad Confraternitates, Congregationes, Pias Uniones, etc. Itemque defectus in benedicendis et imponendis scapularibus, in benedictionibus Rosarorium, Coronarum. etc , in erectione Stationum Viae Crucis et Matris Dolorosae.

6. Dispensandi super defectu distintiae requisitae ad erectionem Confraternitatum, ita tamen ut rescripti executio remittatur prudenti judicio Ordinarii. Dispensandi etiam super conditione distantiae inter ecclesias, quae praefiniri solet in rescriptis concessionis quarumdam Indulgentiarum.

7. Transferendi Indulgentias favore Sanctimonialium, cum de uno ad aliud Monasterium, sive de una ad aliam domum migrant ob temporum adjuncta.

8. Concedendi, quatenus opus sit, ut Indulgentiae quibus gaudebant ecclesiae Regularium, vigere pergant post ipsorum expulsionem seu violentam conventuum suppressionem. Quae facultas extendatur ad casus, tum praeteritarum, tum futurarum conventuum supressionum; extensive etiam ad ecclesias sive Sanctimonialium, sive cujuslibet Congregationis et Instituti.

9. Concedendi ut Regularium Ordinum et etiam Congregationum sive Institutorum alumni utriusque sexus Indulgentiis et gratiis quibus gaudebant in propriis respective ecclesiis, frui possint et valeant dum vitam communem agunt in alia domo in qua legitime habent oratorium vel publicum vel privatum.

10. Transferendi a die vel diebus ad diem vel dies alios Indulgentias jam concesas; exceptis *Indulgentiae Portiunculae* aliisque Indulgentiis plenariis concessis *toties quoties*.

11. Transferendi ad aliam ecclesiam vel ad aliud oratorium publicum Indulgentias jam concessas ecclesiae vel publico oratorio.

12. Concedendi Dioecesibus intra et extra Italiam privilegium ut Indulgentias, pro quibus requiritur sacramentalis confessio, lucrari valeant Christifideles qui sacramentalem confessionem peragere solem infra duas hebdomadas. Quod tamen privilegium non concedatur nisi Ordinario Dioecesis expresse petente et ob penuriam confessariorum tantum.

13. Commutandi conditiones, seu pias exercitationes ad Indulgentiarum acquisitionem praescriptas, in alia pia opera omnino vel fere aequivalentia: exceptis semper indulgentiis plenariis *toties quoties*, et exceptis etiam conditionibus sacramentalis confessionis et sacrae communionis quotiescumque requiruntur.

14. Renovandi seu prorogandi pro Sanctimonialibus, vere pauperibus tantum, Indulgentias jam ipsis concessas etiamsi forte distulerint renovationem vel prorogationem implorare.

Inauguración del curso académico en el Seminario Conciliar de San Froilán

Tuvo lugar este solemne acto el día 3 del mes actual bajo la presidencia de nuestro Excmo. y Revmo. Prelado con asistencia del Claustro de Profesores y alumnos del mismo, de Comisiones de varios centros de enseñanza, del Excmo. Cabildo Catedral, de la R. Colegiata de S Isidoro y de distinguidos y numerosos particulares invitados al efecto. El discurso inaugural estuvo á cargo del Lic. D. Santos del Campo Catedrático de Historia y Patrología y versó sobre las relaciones entre la Iglesia y el Estado. Después de haber expuesto que en ninguno de los pueblos antiguos, ni en ninguna de las razas que viven fuera del gremio de la Civilización cristiana, se encuentran separados el poder espiritual y el poder temporal, separación desconocida antes de la venida de Jesucristo y llevada á cabo por Él con la fundación de la Iglesia, pasó á indicar los diversos sistemas inventados para determinar las relaciones entre ésta y el Estado, señalando cuidadosamente el origen y desarrollo de cada uno de ellos, desde los que idearon los Novadores del siglo XVI, hasta el que sostienen los liberales de nuestros días todos los cuales tienden en último término á hacer á la Iglesia esclava del Estado: fueron impugnadas estas falsas teorías con argumentos contundentes defendiendo á la vez con abundancia de pruebas irrefragables la verdadera doctrina sintetizada en la proposición siguiente: «la Iglesia es una sociedad no solo independiente sino superior al Estado teniendo por consiguiente derecho á intervenir aún en los asuntos temporales de éste siempre que la razón ó necesidad de su fin espiritual lo exija.» Y porque la ignorancia ó mala fé de los enemigos de la Iglesia ha pretendido hallar causa justa para acusar á los R. Pontífices de haber traspasado los límites de su jurisdicción en el hecho de haber intervenido, particularmente en la Edad Media, en asuntos temporales de los Estados, hasta llegar á privar de sus dominios á Emperadores y Reyes, se propuso justificar esta conducta de los sucesores de San Pedro fundándose para ello en que al ejercer esa potestad, usaron del poder indirecto que en calidad de Vicarios de

Jesucristo les compete en las cosas temporales, poder sancionado por el derecho público vigente en la Edad Media creado por las necesidades y situación de la época: terminó su discurso enumerando los grandes bienes que hubo de reportar la Humanidad de este tan grande poder de los Obispos de Roma, afirmando que si hoy se reconociera en los Papas el mismo poder que en los tiempos de Gregorio VII ese sería el medio más eficaz, para asegurar la paz perpetua.

En el mismo día por la tarde dieron principio los ejercicios espirituales á los que concurren todos los alumnos así externos como internos matriculados en el mismo y una vez que terminen empezarán las clases conforme al cuadro que se halla expuesto en las columnas del claustro. A partir del presente año el estudio de la Teología se hará en cinco años, correspondiendo al primero los Lugares Teológicos y la Lengua Hebrea, al segundo continuación de la Teología Dogmática é Historia Eclesiástica: en el tercero además de las anteriores estudiarán el primer curso de Teología Moral: en el cuarto el segundo de esta asignatura el último de Teología Dogmática y primero de S. Escritura y en el quinto terminarán la S. Escritura con la Patrología Arqueología y Oratoria.

ADMINISTRACIÓN DE CRUZADA

Han llegado á esta Administración los Sumarios para la próxima Predicación de 1899 y pueden los Sres. Arciprestes aprovechar la primera ocasión oportuna que se les presente para mandar recoger los que conceptúen necesarios para sus respectivos distritos.

A los Arciprestazgos que aún no han liquidado las cuentas de la Predicación de 1897 no se entregarán los sumarios para 1899 ínterin no satisfagan las limosnas que deben del referido año.

Los que quieran utilizar las vías férreas indicarán la Estación á donde se han de remitir las bulas. Los sobrantes de la Predicación de 1898 serán entregados á los Sres. Arciprestes por los encargados de distribuirlas hasta el 15 de Diciembre próximo con la cuenta correspondiente, para que los Sres. Arciprestes

puedan enviarlas á esta Administración y hacer sus liquidaciones en todo el mes de Enero próximo.

El día primero de Febrero, se levantará acta notarial de las bulas sobrantes de la Predicación de 1898 y practicada esta diligencia, es inútil remitir sumarios porque no se pueden admitir.

León, 4 de Octubre de 1898.—Domingo Argüeso.

Asociación de SUFRAGIOS MÚTUOS del Clero de la Dicesis

Han manifestado por conducto de los Sres. Arciprestes de Navatejera, Valdeburón de Arriba y S. Miguel del Camino, que desean pertenecer á la Asociación, é ingresan en ella:

N.° 1038=Rodríguez D. Pedro, dentro del primer año de su ordenación.

N.° 1039=González D. Santiago, id., id., id.

N.° 1040=González D. Luis, con obligación de aplicar *quince misas*.

León, 4 de Octubre de 1898.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz, Canónigo-Secretario.

Número 18

El día 6 de Septiembre último falleció D. Victor Blanco, Párroco de Prado, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. Arcipreste que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

Número 19

El día 23 del mismo falleció D. Manuel Alaez, Párroco de Villanofar, y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Párroco llamado á desempeñar las funciones de Arcipreste, que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

Imp. Enc. y Lib. de Miñón.